

Zwei neue Arten der Reduviiden-Gattung *Tapeinus* Lap. (*Sminthus* Stål).

Von G. Breddin, Halle a./d. Saale.

In meiner Bearbeitung der Hemipteren-Ausbeute der Kükenthal'schen Sammelreise (Abh. Senckenb. naturf. Ges. XXV, S. 165 [1900]) erwähnte ich als *Sminthus pictus* Lap. var.? einige zweifelhafte Reduviiden und sprach die Vermuthung aus, dass es sich um mehrere neue Arten aus der nächsten Verwandtschaft des *Sminthus pictus* handelte. Die Einsendung einiger weiterer, dem Senckenbergischen Museum in Frankfurt gehöriger Stücke aus Borneo, die Herr Major Dr. L. v. Heyden die Güte hatte, zu vermitteln, bestätigte diese Vermuthung und ermöglichte es wenigstens, die a. a. O. erwähnten Stücke aus Borneo als zwei selbstständige Arten abzutrennen:

Tapeinus Heydeni n. spec.

Niger; pronoto versus marginem posticum interdum leviter picescenti. Pedibus, rostro, macula capitis obsoletiuscula utrimque pone oculos posita, dorso abdominis, ventris limbo (cum spiraculis), clavo corioque dilute luteis; huius angulo apicali toto nigro, processum acutangularem inter venas principales corii longe antrorsum (ultra regionem apicis scutelli) emittente. Membranae venis et ipsis luteis et luteo-marginatis. Femorum omnium parte apicali tertia et in anterioribus etiam linea angusta inferna nigris; tibiis praesertim anterioribus apicem versus nigricantibus. Parte basali tibiaram anteriorum lineaque marginali ventris interdum sanguinescentibus; corio basin versus extus nonnunquam leviter roseo. Sternis et disco ventris ferrugineo-ochraceis. Antennis sordide luteis; articulo primo nigro.

Long. 13·25 – 13·5 mm; lat. hum. 3·5 mm.

Borneo (Baram flumen, leg. Kükenthal).

Minima species generis mihi cognita, *T. picto* Lap. similis et cum eo litura corii congruens, differt statura minore, femo-

ribus anticis paullo brevioribus atque crassioribus, colore nigro in femoribus minus extenso et praesertim litura membranarum.

T. fallax n. spec.

Femoribus anterioribus fortiter incrassatis, anticis circa medium crassissimis. Niger, infra nigro-piceus, in sternis discoque ventris distinctius picescens. Femoribus, clavo, corio cum angulo basali interiore membranarum albido-luteis. Corii angulo toto apicali nigro; haec macula antrorsum usque ad lineam fictam obliquam medium costae cum basi partis interioris venae membranalis periphericae coniungentem pertinet; margine anteriore huius eiusdem maculae leviter curvato vel fere recto, processum antrorsum haud emittente. Clavo apicem versus plaga fusciscenti obsoletissima notato. Membrana nigra, venis concoloribus. Femorum anteriorum minus quam dimidia parte apicali cum vitta latiuscula faciem infero-internam occupante, femorum posteriorum plus quam tertia parte apicali nigris; horum apice imo, tibiis omnibus ventrisque margine cum connexivo laete sanguineis; tibiarum apice magis minusve fusciscenti. Tarsis, trochanteribus, coxis, rostro, antennis (articulo primo nigro excepto) maculisque obsoletis capitibus utrimque pone oculos positibus plus minusve sordide flaviscentibus. Dorsum abdominis fusciscenti-sanguineo. Hemelytris basin versus interdum leviter sanguinescentibus.

Long. 16—16.5 mm; lat. hum. 4 mm.

Borneo (Baram flumen, leg. Kükenthal).

Species inter *T. pictum* Lap. et *T. zonatum* Stål enumeranda, statura tamen gracioscula habituque toto magis cum illa congruens, a qua differt femoribus anticis distincte crassioribus, colore pedum et hemelytrorum clariore maculaque apicali corii antice oblique detruncata (nec in dimidium basale corii producta). Hac eadem nota etiam a *T. zonato* haud difficulter distinguitur.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [21](#)

Autor(en)/Author(s): Breddin Gustavo

Artikel/Article: [Zwei neue Arten der Reduviiden-Gattung Tapeinus LAP. \(Sminthus STÅL\). 23-24](#)